

Sammelband von Dina



U. g. 1975



Nobilissimi & Amplissimi viri

D. ARNOLDI DE REY-
GERIC. ET IN ACAD. FLO-
RENTISS. SALANA PANDE-
CTARVM P. P.

Π Ε Ρ Ι Ο Χ Η

PROCESSVS
IUDICIALIS, TAM IV-
RIS ANTIQVI, QVAM NOVI,
ET VSV HODIE RECEPTI, EX OPTIMIS
quibusq; Practicis & Ordinatione Camerae Imp.
XIV. disputationib. conclusa, publicae συζητησις ergo
proposita: quarum primam iudiciorum in genere,
Personarum iudicia constituentium, & Fori
competentis materiam con-
tinentem,

Divina adspirante clementia,
EODEM PRÆSIDE,

Exercitii gratia publicè defendendam suscepit

CHRISTOPHORVS. GVLICHER
LEMGOV. VVESTPHAL.

*Habebitur XXIX. Martii, hora VI. matutina, in
novo ICtorum Coll:gio.*

IENÆ Ex typographéo Tobiaë Steinmanni,
ANNO MDCCXCV.



Illustriss: P Prr: Sc. Sc. Hassia
Landtgrav. Sc. Sc. Consiliarius
digniss:

Dn. SAMVELI à Dalwigk in Schawen-
burgk/

Dn. VRBANO à Beyneburgk in Lengesfeld/
VIRIS.

MAGNIFICIS ET NOBILISSI-
mis, Rerum & longo usu experientia
præstantissimis:

E T

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,
REVERENDIS, ET DOCTISSI-
MIS VIRIS,

Dnn. Coss. & Senatoribus inclytæ
Lemgoviens: Republicæ,

Eiusdemq; Ecclesiarum Pastoribus
vigilantissimis:

Dnn. Mæcenatibus suis plurimum
colendis, summa observantia & gra-
titudinis ergò

Dedicat, Consecrat

CHRISTOPHORVS Gûlicher.





DISPUTATIO
PRIMA.

CONTINENS CENTV-
RIAM CONCLUSIONVM DE
IUDIC. IN GENERE, DE PERSONIS
& Foro competenti.

MARII PINELLI, DE PRAXI
ET THEORIA IUDICIVM
ad l. 2. C. de rescind. vend. part.
2. cap. 4. nu. 2.

Ego, inquit, post longam legendi professionem,
postque diligentissimam foro navatam ope-
ram, in eâ sententiâ sum, quod THEORIA sine
PRAXI digestam solidamque juris cognitionem
præstare nequeat, Praxisq; absq; Theoriâ maximè
periculosa & manca evadat & c.

PROEMIVM.

Quando universi juris hic præcipuus sit
finis, ut suum cuiq; tribuatur, obtinendi au-
tem ratio sita in Iudiciis, & recta iuris no-
stri persecutione, argumenti nostri disquisi-
tionem per necessariam esse utilissimamq; sa-
tis liquet.

A 2

In hoc

In hoc præcepto juris, **VT SVVM CVIQVE TRI-
B VATVR**, præcipua legum ratio continetur, & in lu-
dicio quod suum cuiq; tribuit, præcipua pars admini-
strandæ Reipublicæ consistit. Omnes itaq; nostri juris
partes ad Iudicia, tanquam ad scopum referuntur; atq;
per ea unicuiusq; jus, verum an falsum, æquum an ini-
quum sit (veluti aurum lapide Lydio) probatur D. Guli-
el. Hænet. in tract. judic. part. 1. n. 1.

ARGVMENTVM.

S Ed antequam disputamus de processu, hac
prima disputatione quadam de Iudiciis in
genere, deq; Personis iudicium constituentibus,
& Foro competenti erunt præmittenda.

PROPOSITIO I.

Origo.



RIGO IVDIGIORVM EST AN-
tiquissima; ferè enim unà cum gene-
re humano extiterunt, & inventa sunt
ex necessitate: ne quis sibi jus diceret
propria auctoritate; & neq; quis pro-
pria auctoritate audeat sumere ultio-
nem.

l. nullus 14. C. de Iudeis & cælic. c. ad hoc 16. quest. 1. c.
nisi bella 23. quest. 1. & ibi gloss. not. Specul. in tit. de offic. omnium
iud. §. potest in pr. Marant. p. 3. n. 133. & 136. Myns. ad Rub. Inst.
de act. n. 1. Chilian. Koning. & Pet. Termin. in Præfat. suis processu-
bus præfixis.

II.

Iv d i c i i autem nomen Varro declinat à verbo
dixi: alii à dicando: Et judicare significat jus dicere &
discernere. Proinde Iudicii nomen latius patet, quam
ut ad solas causas forenses referri debeat.

Varro lib. 5. de ling. latin. Steph. Berchioldus, c. 2. thes. 3. & 4.
in tract. de Iudic.

Iudicii

III.

Iudicii autem cum multiplex sit significatio, nobis Definitio.
est legitima rei controversa inter litigantes apud Iudicem disceptatio sive tractatio.

Arg. c. forus. 10. ibi, dura discutitur. de Verb. Signif. VVesenb. in par. ff. de iudic. n. 5. & parat. C. n. 2. Cuiac. ibid. Duar. in pr. eod. tit. Richard. ad Rubric. C. d. tit. n. 2. Hannet. in tract. iud. n. 2. Herm. Vult. 2. Roman. Iurisp. 1. & iudicium definiendum esse ex utriusq; h. e. Litigatorum & Iudicis disceptatione, comprobat l. 1. l. non distinguemus 32. §. item 9. ff. qui arb. recep. l. rem non novam 14. vers. qui ex recepto. id est, compromisso, quod iudicium imitatur C. de Iudic. l. quisquis 27. circ. fin. C. de Episc. & Cleric. Schard. in Lexico suo. verbo. iudicium, quindecim huius vocabuli significata enarrat. vide Marant. in aureo suo Specul. 2. part. in pr. vid. Bocer. thes. 1. tit. de iudic. Steph. Berchtold. c. 1. thes. 5. vid. process. crim. Henr. Rauchdorn. artic. 2. Von dem Gericht.

IV.

Iudicium verò dividi potest; primò à sua forma Divisio I.
in Ordinarium & Extraordinarium. Ordinarium est, in quo usitatus & legitimus ordo, formulaq; agendi & litigandi jure veteri observantur.

l. 2. §. proinde 6. de R. Iur. Pet. Fab. ad l. 1. ff. d. tit. Ant. Fab. 4. coniect. 7. Vult. lib. 1. discept. c. 1. & 2. Goedd. ad l. actionis. 34. de Verb. Sign. n. 12. & seq. vid. Repert. Dobercin. c. de iudic. distinct. 10. Henr. Rauchd. in d. process. crim. artic. 2. vers. Das Gerichte wird vielfeltiger weise & c. vel etiam Ordinarium iudicium dicitur, quod coram Iudice ordinario, hoc est, coram eo Iudice, qui suo iure, non alieno beneficio iurisdictionem habet, peragitur. Diss. Hubert. Giphon. in tract. de divis. iur. thes. 119.

V.

Hoc Iudicium, quia formulæ & impetrationes actionum sublatae sunt tempore Constant. Imperat. exerceri desuit, & hodiè secundum Iustin. omnia Iudicia sunt extraordinaria.

l. pen. C. de interd. ubi Donell. n. 15. l. 1. C. de form. & Imper. sublat. §. fin. instit. de interd. Cuiac. 5. obs. 17. Borcholt. in comment. Instit. ad tit. 13. lib. 3. de success. sublat. qua fieb. per bon. vend. & ad

Hodie via Iudicia sunt Extraordinaria

Hodie qd ordinariū
iudiciū.

Ex ordinariū

Divisio altera
iudiciū
iudiciū

Subdivisio
iudiciū
iudiciū

tit. de actionibus, mibi pagina 348. Hodie ordinariū iudiciū, se-
cundum Marant. part. 10. dist. 5. n. 1. quod à Iudice ordinario & se-
cundum ordinem novo iure prescriptum peragitur. Nam etsi anti-
quus iudicii ordo magna ex parte ab usu recessit, tamen in illius locum
alius est substitutus, vid. Clement. 2. de verb. sign. c. quoniam 11. de
probat. vid. Giphon. d. loc.

VI.

Extraordinariū sive summarium iudiciū est, in
quo legitimus & usitatus ordo non observatur.

Hoc iudiciū dicitur extraordinariū, cum non ex usitato &
prescripto ordine, sed ex officio Iudicis per modum inquisitionis vel
denuntiationis, vel alijs omisissis solemnitatibus summarie, de plano
& equitate sine strepitu & figura iudicii proceditur. l. nec quicquam
9. §. de plano ff. de offic. procons. l. levia 6. de accusat. l. miles 11. §.
sexaginta ff. ad L. Iul. de adult. Sibarid. ad d. Rub. de iudic. n. 7. Duar.
c. de varijs iudiciorum preceptis. 6. ferè circ. fin. ff. de iudic. vid. Treutl.
disput. 12. thes. 1. part. prior. ff. d. tit.

VII.

Secundò iudiciū dividitur ratione finis in civile
& criminale a, in illo agitur ad commodum privarum
principaliter, sive ea actio ex contractu descendat, sive
ex delicto b, in hoc ad pœnam corporalem sive fisco
applicandam c.

a Dd. ad l. locatio 9. alijs incipient. licitatio §. quod illicite.
ff. de publ. & vectigal. Marant. part. 4. dist. 1. n. 1. Azo. in summa. C.
de iudic. n. 1. Hanner. part. 1. n. 6. in tractat. iudic. Sibarid. ad d.
Rubric. C. de iud. n. 13. & seqq. usq. ad fin. b Gloss. in l. 3. in pr. su-
per verb. Centum aureorum, ff. de sepul. violat. Marant. d. part. 4. dist.
1. Hanner. d. loc. Duar. d. tit. de iudic. c. 1. & lib. 1. d. sp. anniv. c. 35.
& seq. Giphon. in d. tract. thes. 117. c. d. l. 3. §. adversus l. 6. §. fin.
ff. de sepulc. viol. §. in summa Instu. de iniur. ubi Mynj. num. 2. 3. cum
seq. & Dd. communiter. Marant. d. part. 4. dist. 1. n. 2. Hanner. d. loc.
n. 7. Treutl. & Sibarid. dd. locis.

VIII.

Civile iudiciū rursus à natura petitionis instituta
vel est universale, vel est generale, vel singulare. Uni-
versale est, quando unius juris petitione plures res simul
peti

peti intelliguntur, et si singulae non exprimantur; Generale Iudicium, in quo genus petitur; Singulare Iudicium est, in quo res singularis ex singulari contractu petitur.

*Genus
Singularis*

Vid. Marant. d. part. 4. distinct. 4. Repertor. Doberc. d. loc. dist. 4. Sichard. ad d. Rubric. de iudic. n. 5. & seq.

IX.

Civile Iudicium rursus vel Petitorium est vel Possessorium; Petitorium est, in quo principaliter de proprietate seu dominio alicuius rei agitur; veluti si rei vindictio, actio publiciana, vel similis in iudicium deducitur: Possessorium est, in quo de nuda & sola possessione rei disceptatur.

*Vel vel petitorium
possessorium*

Marant. d. part. 7. dist. 4. Dobercin. d. loc. dist. 7. vid. Accurs. in l. momentanea. 3. C. Qui legit. pers. stand. in iud. hab. c. pastoralis. de caus. poss. & proprie l. cum fundum 18. §. ult. & ibi gloss. de vi & vi arm. l. sed etsi 7. §. sed etsi 3. de publ. in rem act. Iacob. Menoch. in pralud. tract. recup. possess. n. 7. 8. & 10. Multiplices & varias Iudicii divisiones recenset VVesen. in parat. C. de iudic. n. 5. Marant. & Sich. ad d. rub. C. n. 7. & 8. Dissent. Giphon. de divis. nov. iur. thes. 116. cum aliquot seqq.

X.

Hinc utrum petitorium & possessorium concurrere & cumulari possint non incommode quaeritur? Affirmativa contra Donellum in l. 3. C. de interd. cum communi Dd. schola subscribimus.

*De cumulatione petitorii
& possessorii:
Affirmativa*

l. cum fundum 18. §. ult. ff. de vi & vi arm. c. cum dilectus c. pastoralis. de caus. prop. & possess. Cuiac. lib. 7. obs. 38. Gail. 1. obs. 63. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 45. n. 12. Menoch. in tract. de recup. poss. quest. 94. n. 809. Hoto. illust. quest. 31. Borch. in tract. de acq. poss. c. ult. n. 51. Schneid. in Instit. tit. de interd. Salvian. §. Retinenda n. 11. cum seqq.

XI.

Iudicii partes sunt duae; nimirum PERSONAE & QUAESTIO. Nam Iudicium constituitur a personis, quae illi interesse debent & solent; aliae quidem ut principales; aliae ut accessoriae.

*De personis
quae iudicio
interfunt.
Partes Iudicii
persona & quae*

Vult.



principales personae
Actor Reus
Accessoriarum

Vult. d. lib. I. Roman. Jurisp. c. I. n. 4. Stephan. Berchtold. in tr.
de iudic. c. 3. in pr.

XII.

Principales sunt, sine quibus Iudicium esse non potest: ut IVDEX, ACTOR & REUS a. Accessoriae complures sunt, quarum aliae accedunt Iudici, ut Scribae, Apparitores, & Assessores; aliae accedunt Litigatoribus; ut Advocati & Procuratores.

l. inter litigantes 62. ff. de iudic. d. c. forus. 10. vers. in omni quoque negotio. de Verb. signif. VVesenb. in parat. n. 9. de iudic. Ludol. Schrader. in preamb. part. 10. n. 1. & 2. tract. feud. ubi ex Baldo refert, quod iudex sit potissima pars, dux & imperat. iudicii. Immo iudex est basis & fundamentum iudicii, Sebast. Vant. in tract. de nullit. ex defect. iurisd. n. 2. Pet. Termin. in process. iuris c. 1. Berchtold. d. lo. Sichard. ad d. Rub. n. 2. in pr. Treuil. d. disp. 12. thes. 3.

Iudex basis iudicii

XIII.

Quis dicatur
Iudex.

IVDEX a jure dicendo dictus, vel Magistratus est disceptator juris a, cui vel Lege, vel Constitutione, vel Scto, vel more juris dicendi iudicandiq; potestas concessa est b.

a l. 1. de iurisdic. d. c. forus vers. iudex dictus. VVesenb. in parat. de iudic. nu. 10. l. omnes. 12. l. properandum. 13. §. 1. vers. sed omnes iudices, cum l. seq. C. d. tit. & Iudex disceptare, hoc est, iudicare & cognoscere de Partium lite dicitur. l. cum Clericis 25. in pr. C. de Episc. & Cleric. vid. Bocer. in disp. 1. thes. 1. sub lit. b. 2. part. Pandect. de iud. b l. cum Praetor. 12. §. 1. ubi Duar. c. de iudicibus 3. & l. pen. ff. de iudic. c. 1. 23. quest. 2. Hodie iudex dicitur, qui iurisdictioni praest, ac populo iuxta legum praescripta & locorum consuetudines ius dicit.

Hodie iudex qd.

XIV.

Et hic vel est Ordinarius, vel Extraordinarius.

Marant. d. part. 4. dist. 6. Termin. in process. c. 1. vid. etiam Tancred. de process. iud. lib. 1. tit. 2. Berchtold. & Vult. ad. loc.

XV.

Ordinarius est, qui suo jure vel Principis beneficio plenam iurisdictionem habet, a Lege, Consuetudine, vel Principe tributam. Principis autem beneficio iurisdictionem

Ordinarius

tionem accipit Iudex tam Ecclesiasticus, ut Archiepiscopus, Abbas & alii, qui à Pontifice jurisdictionem habent; quam secularis, ut Dux, Marchio, Comes & alii, quibus ab Imperatore jurisdictio conceditur.

l. omnes 12. cum l. seq. §. 1. l. 14. C. de iudic. l. more maiorum 5. de iurisd. omn. iud. l. pen. ff. de iudic. Marant. d. part. 4. dist. 1. Oland. in Enchiridio except. Speculat. lib. 1. tit. de offic. ordin. Vant. in de nullit. sent. ex defect. iurisd. n. 5. & 32. Pet. Termin. d. loc. Dan. Venat. lib. 2. in Analys. iuris Pontif. tit. 1. Tales hodie esse Assessores Cameræ indubitatè affirmat Geil. 1. obs. 33. n. 1. & obs. 41. nu. 5. Cammer gericht's Ordnung. part. 3. tit. Von Revision. 53. §. 1. & §. Dar auff sollen. vid. Treutl. d. disp. th. 3. ad lit. b.

XVI.

Extraordinarius Iudex est, qui non suo jure, nec etiam beneficio Principis sed qui vel ex Partium consensu, ut Arbitrarius, vel superioris commissione, ut Delegatus, alicuius causæ cognitionem recipit *b*.

a d. l. rem non novam, C. de iudic. Termin. d. loc. b l. 1. l. & si Prætor. 3. ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisd. c. sanè. c. cum olim. de offic. deleg. Sichard. in l. à iudice. 5. n. 1. C. de iudic. Bercht. c. 3. th. 45. in tract. de iudic.

XVII.

Delegati intelliguntur ii, qui vel mandatam jurisdictionem habent *a*, vel iudicandi munere tantum funguntur: Atque hi postremi propriè Iudices dati *b*, itemque Pedanei *c*, & speciales Iudices dicuntur.

a l. cum Prætor 12. §. 1. & 2. ff. de iudic. d. l. properandum 13. §. 1. cum d. l. 14. in pr. C. d. tit. l. 1. §. qui mandatam 1. l. 3. de offic. eius, cui mandat. & c. vid. Schrad. in tract. feud. part. 10. sect. 4. n. 21 Chil. König. in d. process. c. Von dem Befehlhaber oder Delegaten 6. b l. Iudex datus 46. ff. de iudic. l. pen. ff. iudicat. solv. l. à Divo Pio. 15. in prin. & ibi Duar. de re iudicat. & in tit. de iudic. c. de iudicib. dat. Sichard. in d. l. 5. n. 4. c. tot. tit. C. de pedan. iudic. l. 3. §. 1. ff. Ne quis eum, qui in ius & c. l. pres. 5. ff. de offic. pres. d. l. 13. §. 1. l. apertiss. 16. C. de iudic. Duar. d. loc. d l. ult. in pr. C. d. tit. vid. Vult. lib. 1. Rom. iurisp. c. 1. n. 15. 16. 17. 18.

B

Et qui-

XVIII.

Et quidem Ordinarius & delegatus Papæ causas judiciales per delegationem aliis committere possunt; Delegatus verò ordinarii nequaquam, nisi delegata ei sit caularum universitas; vel nisi à Principe, vel cum subdelegandi licentia, quæ etiam tacite ex delegantis patientia colligitur, sit datus.

c. Pastoralis 12. c. super questionum §. 1. de offic. ord. d. l. cum Prator. §. 1. de iudic. l. 5. C. evd. l. ultim. C. ubi & apud quem cogn. in integ. Gaill. 1. obs. 27. n. 7. 8. & 12. Cuiac. 12. obs. 1. in fin. De iudice delegato & eius potestate, vid. omnino Geil. 1. obs. 35. & Sich. in alleg. l. 5. per tot. C. de iudic. in qua etiam certos casus, in quibus nec Papæ nec Principis delegatus subdelegare potest, enumerat & ostendit.

XIX.

Arbitri porro in specie sunt, qui de communi partium consensu eliguntur vulgò *Wiltürliche Schiedsrichter* & in quos compromitti solet sub stipulatione certæ pœnæ, quam pars à laudo, seu iudicatis recedens præstare parti adversæ cogitur a: & ab horum sententia appellare regulariter non licet b.

a *l. sed etsi 11. de Recept. arbit. Novell. 82. c. 11. c. an à iudicibus 30. caus. 2. quæst. 6. Auth. decernit ius. C. de Recept. arb. Term. d. c. 1. Tancred. d. lib. tit. 6. Duar. de iudic. cap. 2. vers. deinde sequuntur. Chil. König. c. Von dem Endscheider. 5. b l. 1. C. de recep. arb. ubi latè Dd. l. 27. §. 2. ubi Gothof. Geil. 1. obs. 150. n. 8. Treutl. d. disp. 12. thes. 4. sub. lit. d. Si tamen enormis & evidens læsio extaret in arbitrio, etiam post decem dies exceptionem doli contra illius iniquitatem opponi posse rectè quis dixerit. l. non distinguemus 32. §. cum quidam 14. de Recept. arb. Chilian. König. d. c. 5.*

XX.

Arbitratores sunt amicabiles compositores, qui de communi quidem Litigatorum consensu, juris solemnibus non observatis, pronuntiant a, à quorum arbitramento reductio datur intra tricennium b.

a *Authent. si vero. C. de iudic. l. societatem. 76. ubi Bart. & Dd. ff. pro soc. l. si quis. 43. ff. de v. Obl. b Geil. d. obs. 150. nu. 2. Term. d. c. 1. Chilian. König. c. 4. §. Bud wo er den part. etc. Schneid. ad §. omnium, nu. 29. l. de act.*

Cæterum

XXI.

Ceterum cum sine suspitione perversitatis omnes *De recusatio-
ne Iudicis.*
lites procedere, atque exerceri debeant, commodè hic
quæritur: num Iudex, ut suspectus, recusari queat? Et
quidem Iudicem delegatum, ut suspectum, justè recu-
sari ante litem contestationem posse, postea non item,
dubium est nullum.

*l. apertissimi 16. & ibi Sichard. n. 1. & 3. C. de Iudic. varias
verò ob causas recusari assolet, quæ tamen omnes eò recidunt, ut vel
ob metum vel odium, vel favorem, vel imperitiam recusetur, Ma-
rant. part. 6. de appellat. à num. 26. usq. ad num. 74. vid. Myns. obs.
59. cent. 4. Geil. 1. obs. 33. n. 11. Chil. König. in process. suo c. 3.
§. Und darumb. vers. Nun stehet & §. Was aber die Ursachen.
& c. 42. Von der Recusation des Richters. §. Diese exception.*

XXII.

Iudex recusatus in causa ulterius procedere nequit,
sed à partibus litigantibus Arbitri eliguntur, qui de su-
spicionis causa cognoscunt.

Myns. citat. loc. c. cum speciali. 61. de Appellat.

XXIII.

Quod si verò causa suspitionis probata non sit, sua
jurisdictione Iudex recusatus utetur: si probata fuerit,
alius Iudex impetrandus erit, vel ad superiorem recur-
rendum. *d. c. cum speciali 61. de appella. Geil. d. obs. 33. n. 14. &
seq.*

XXIV.

Si Princeps causam cum clausula, REMOTA RE-
CUSATIONE, delegaverit, recusatio non nisi ex gra-
vibus suspitionibus auditur.

Mynsing. obs. 63. cent. 3.

XXV.

Verum Ordinarius Iudex de Iure civili regulariter
recusari non potest ad eum effectum, ut removeatur
tanquam suspectus, sed si aliqua suspitionis subsit causa,
adiunctus ei dandus est.

*Novell. 86. c. 2. Authent. si vero contigerit. C. de Iudic. gloss. in
l. apertissimi, in verbo, Iudices. C. eod. Bart. ibid. & las. n. 4. ubi com-
munem dicit. Geil. d. obs. 33. in pr. vid. etiam Sich. in d. l. apertiss. n. 6.*

cum seq. & Schrad. p. 1. q. 6. n. 7. & 8. ubi cum Sichar. n. 6. probat,
ordinarium Iudicem suspectum recusari posse. Duar. c. de ijs, qui Iudi-
ces. 4. ff. de Iudic. ubi similiter docet, à civili constitutione iure Pon-
tificio esse recessum. vid. Vult. I. Rom. Iuris p. c. 1. n. 9. & ibid allegat.
XXVI.

Vtrum verò causæ recusationis in libello, qui om-
ninò in recusatione Iudicis requiritur, sint de utroque
iure exprimendæ Dd. controvertunt? Nos de Iure Ca-
nonico tantum, non etiam de iure civili exprimendas es-
se cum Sichardo putamus.

Allegat. loc. n. 1. vid. d. c. cum speciali X. de appellat. c. suspici-
onis X. de offic. delegat.

Qui Iudices
dare possunt.

XXVII.

Iudicem dare possunt, quibus ea potestas auctori-
tate publica est concessa: ut sunt Magistratus ordinarii,
a, & qui in Imperio sunt; in provincia ut Præsides b,
item qui mandatam jurisdictionem habent.

a L. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de iudic. l. cum qui, 13. ff. de iu-
rid. l. Præses 5. de offi. præsid. Nic. Bellon. 3. supput. c. 3. Vacun. 6. de-
claration. 184. n. 5. Duar. d. tit. c. de iudicibus datis. 3. b l. manda-
ta. 2. in pr. de offic. eius, cui mandat. & c.

XXVIII.

At Iudex datus alium Iudicem dare non potest a,
nisi à Principe sit datus; hic enim alium Iudicem dare
potest b.

a l. cum clericis 24. in pr. ubi Gothof. C. de Episc. & Cler. b
l. à iudice. C. de iudic. l. un. vers. hæc. C. qui pro sua iuris. iudic. & ibi
Gothof. sub lit. f. Sichard. in d. l. 5. n. 4. & 5. Duar. in alleg. loc. Berch-
told. c. 4. thes. 47.

Qui Iudices
dari possunt.

XXIX.

Cæterum Iudex dari potest omnis, qui non prohibe-
tur a, sive paterf. sive filiusf. sit. Prohibentur autem
iudicare quidam natura, ut mutus b, surdus c, furio-
sus d, impubes e, quidam lege, ut senatu motus f,
quidam moribus, ut fœminæ & servi g.

a Est enim iudicandi potestas in genere permissorum, arg.
d. l. 12. §. ultim. b Mutus, qui loquitur à sonis sine significatio-
ne & articulatione. d. l. 12. §. 2. c qui nihil prorsus vel diffi-
cultè

culter exaudit, quamdiu eo morbo laborat, & in perpetuum, si surditas sit perpetua. d. Qui continua alienatione est, & intellectu caret, non qui dilucida intervalla habet. Hic enim tam iure civili, quam Canonico iudicare potest. e. d.l. 12. §. 2. l. 2. §. 1. ff. de R. Ju. f. Propter ignominiam, nisi restituti sint, vel tempus condemnationis sit elapsum. An etiam gravi crimine notati? Negamus. arg. l. 2. ff. de Senatorib. d.l. 12. §. 2. ubi Accurs. vid. Trentl. d. disp. 12. sb. 7. sub lit. b. g. d.l. 12. §. 2. d.l. 2. in pr. ff. de reg. iur. Quanquam hodie eorum res pervenit, ut mulieres iudicare possint, si in aliqua regione iurisdictionem habent, sive iure hereditario, sive consuetudine, sive lege municipali. Sic nostro seculo Reginam in Anglia sceptrum regia tenere, pro tribunaliq; ius dicere videmus. Angelus Ioannam Sicilia Reginam in regali solio sedentem sententiam ferentem se vidisse refert, de quo Coras. miscell. lib. 2. c. 27. n. 7. & 8. vid. Schrad. part. 10. sect. 1. n. 6. in tract. feud. Idq; non tantum olim obtinuisse ex iure Pontificio probatur, c. dilecti. 4. de arbit. ubi aliquando in Reginam Francorum compromissum esse scribitur; sed etiam hodie in Abbatisa esse receptum, eamq; iurisdictionem, & dignitati sue administrationem habere annexam summus approbat Pontifex, in c. indemnitatibus. 42. in 6.

XXX.

Iudex autem, qui furere cœperit, in eodem officio permanet; quia rectè ab initio Iudex addictus est. Sed iudicandi necessitatem morbus fonticus remittit, ergo mutari debet.

l. Iudex. 46. de iudic. ubi Duar. c. de iis, qui Iudices. 3. l. qui furere. 20. de stat. hom. l. questum 60. ff. de re iudicat.

XXXI.

Infamis, quanquam Iudex esse nequit, Arbitrarius tamen esse non prohibetur.

c. infamis. 3. quest. 7. l. Pedius. 7. in pr. ff. de Recept. qui arbit. Pet. Term. in d. process. c. 1.

XXXII.

De Cæco inter juris Interpretes disceptatur. Et eum inter prohibitos dari quidem non habemus a, sed tamen habemus imperitum juris b. item 18. annis minorem c, non etiam filium in re patris d privata.



a l. cæcus 6. ff. de Iudic. ubi Duar. d. c. de Iudicib. in pr. & 1. disp. anniv. 23. Dissentit Ioannes Robert. lib. 3. sent. c. 23. & Accurs. in l. 1. §. casum. ff. de postul. Vid. Treutl. disp. 8. th. 2. sub lit. b. Mibi verius videtur cæcum quidem à iudicandi munere non arcendum: at eum non semper hoc officio fungi posse. vide Bocer. d. disp. de iudic. thes. 18. & ibid alleg. Vves. in tit. ff. de postul. n. 4. b d. l. 14. vers. legum observatione. C. de Iudic. Novell. 82. in pr. ubi Cuiac. Novell. 60. in fin. Hotom. illust. quest. 28. Robert. 3. sent. c. 3. Vult. 1. discept. c. 8. vid. Schrad. p. 10. sect. 1. n. 52. c l. quidam. 57. in pr. ff. de re Iudicat. d. l. cum Prator. 12. §. 2. de Iudic. ubi gloss. not. l. pen. C. qui ven. etat. Cuiac. 17. obs. 30. Zas. in parat. ff. de Iudic. n. 6. d l. quin etiam, 6. de Arbit. l. ille 13. §. ult. ff. Ad SC. Trebell l. in privatis. 77. de Iudic. Cui non obst. l. 10. de iurisdic. ubi Duar. d. c. de Iudicib. in pr. vid. Treutl. dict. disp. 12. thes. 7. sub lit. f. & Bocer. d. disp. de Iudic. thes. 13. cum ibi allegat.

XXXIII.

Planè Iudicem neq; sibi jus dicere debere, neq; uxori, vel liberis suis, neq; libertis vel cæteris, quos secum habet, nisi Litigatores posterioribus hisce casibus consentiant, comperti est juris.

l. qui iurisdictioni. 10. ff. de Iurisd. tot. tit. C. Ne quis in sua caus. Schrad. par. 10. sect. 2. n. 20. in tract. feud. vid. eundem par. 10. sect. 6. n. 125. & seq. n. 192. cum seqq. & sect. 4. n. 4. part. 9. 2. part. princip. sect. 9. n. 15.

XXXIV.

Insuper etiam sacerdotes prohibentur esse Iudices in causis secularibus a. In causis namque Ecclesiasticis sicuti iurisdictionem sacerdotes habent, ita certum est, illos de iis iudicare posse.

a tot. tit. Ne Cleric. vel Monach. negot. secular. se immisc. l. consulta. 23. C. de testam. l. omnes. 33. C. de Episc. & Cleric. l. pen. in princ. de Vacat. muner. b l. ossa. 8. de Relig. & sumpt. fact. l. hereditas. 50. in fin. de per. hered. l. nulli. 28. §. 1. cum seqq. C. de Episc. & Cleric. vid. Treutler. d. disputat. 12. thes. 9. & seq.

Paupe-

XXXV.

Pauperes quoque & eos, qui de suo vivere non possunt, à iudicandi officio arcendos esse jure pobari potest.

l. rescriptos in pr. ff. de Muneribus & honoribus. At hoc non simpliciter forte admitti debet: melius est enim inquirere, cuius estimationis, fidei & eruditionis sit Iudex, quam patrimonii. arg. l. non omnes. 5. in princ. ff. de Re milit. l. nemini licere 21. §. 1. ff. de Advocat. divers. iud. l. suspectum 8. ff. de suspect. tut.

XXXVI.

Prohibetur & is esse Iudex qui nominatim ab altera parte fuit petitus, nisi Princeps de eo compellatus, id permittat.

l. observandum. 47. de Iudic. ubi Duar. d. c. de iis qui Iudices. 3. In id enim incumbere debet Magistratus, ut ipse, qui suspicione careat, Iudex detur, cuiusmodi is, quem nominatim altera pars petivit, dici non potest.

XXXVII.

Porro Iudicis boni officium in deminuendis, finiendisque litibus versatur *a*. Eas verò commodius definire ac dirimere nequit, quam si iudicet, quemadmodum legibus, Principum constitutionibus, statutis & legitima iustaque consuetudine est proditum *b*.

De officio Iudicis.

a l. quidam 21. ff. de Reb. cred. in fin. l. 2. in princ. ff. de Aqua plu. arc. b §. 1. Insti. de offic. iud. ubi Mysing. VVesenb. & Dd. vulgò. Authent. iubemus. C. de iud. circ. fin. Novell. 82. c. 13. l. non quicquid. 40. §. 1. l. eum qui 79. de Iudic. l. 1. l. unius 18. de quest. Bari. Bald. & Dd. in l. fin. C. de poen. iudic. qui malè iud. Et Iudex contra statuta & consuetudines Iudicans aequè, ac si contra leges ponuntiafferet litem suam. Statuta enim & consuetudines legibus equiparantur. VVesenbec. ad d. §. 1. de offic. Iudic. Sichard. in d. Authent. iubemus. num. 8. Geil. lib. 1. observ. 36. num. 12. quem omnino vide.

XXXVIII.

Et quidem civilem causam à lite contestata (nisi ad jus fiscale pertineat, vel publicas respiciat functiones

functionēs: intra triennium; criminalem intra biennium
finire debet.

*l. properandum 13. in pr. & §. 1. C. de iudic. ubi Sichard. n. 2.
& 7. Duar. c. de iudiciorum variis praeceptis 3. d. tit. Et si litem intra
tempus praefinitum non determinaverit, poena in d. l. properandum.
§. fin autem. 8. definita plectetur. vid. Sichard. praedict. loco. n. 3.*

XXXIX.

Est quoque officium Iudicis causam disceptare & co-
gnoscere, & quidem in omnibus litis, iudicijq; partibus,
nec quicquam pronunciare debet sine Actorum diligen-
ti revisione.

*l. 1. C. Theodos. de iudic. l. iudices. 9. C. d. tit. ubi Sichard. n. 6. &
7. c. nullum cum seq. quaest. 5. c. ponderat. 14. dist. 50. c. Deus omni-
potens 2. quaest. 1. c. summopere. quaest. 1. Felin. in c. Ecclesia S. Mariae
X. ut lit. pend. nihil innov.*

XI.

Et omnino curare debet Iudex, ut certae rei vel
pecuniae sententiam ferat a, alioqui litem suam facit, &
quidem imprudentia lapsus arbitrariam poenam susti-
net b, dolo malo adductus, etiam criminaliter plecti-
tur cum famae dispendio c.

a *§. curare. Instit. de action ubi Dd. l. ult. de pret. stip. tot. tit.
C. de sent. quae sine cert. quant. ubi Cutac. in parat. l. 12. §. 1. ubi Go-
thof. ff. qui & a quib. man. b l. ult. de extraord. cogn. Duar. tit. de
iudic. d. c. de variis iudic. praecept. tot. tit. C. de poen. male iud. ubi Got-
bof. c. l. 2. C. d. tit. l. filiusfam. 15. §. 1. de iudic.*

XLI.

Est igitur Iudicis officium in causa aliquid statu-
ere: quod sit vel mandatis emissis, vel sententiae prola-
tione. Mandatorum autem magna diversitas est: non so-
lum citatio & dictio diei mandato expeditur, sed literae
etiam compulsoriae inhibitoriae, commissionales, exe-
cutoriales, monitoriales, & id genus alia, quae usus pra-
cticus docet. mandata continent.

*vid. In der Kayserlichen Cammer gericht's Ordnung.
part. 2. tit. 23. Von Mandaten Geil. 1. obj. 4. num. 13. & aliquot
seqq.*

Et si

XLII.

Et si Iudex dubitet de jure, praesides consulere debet, non autem de facti quaestionibus, super quibus, prout religio suggerit, sententiam proferet.

l. cum quem. 79. §. 1. ff. de iud. vid. Ioan. Rober 4. sent. c. 15. Pet. Greg. lib. 5. c. 1. n. 1. 7.

XLIII.

Hinc ardua & fragrosa illa quaestio moveri solet, an Iudex secundum acta & probata, vel secundum propriam conscientiam judicare debeat? Et cum ex fide eorum quae legitime probabuntur judicare debere, frequentius obtinuit. *Vid. Pet. Cost. ad l. illicitas 6. §. veritas. 1. de offi. Praesid. Covar. lib. 1. var. resol. c. 1. c. sepè. 2. Clement. §. verū quia & §. sententiam verò de V. Sign. Cuiac. lib. 12. obs. c. 19. Hotom. illust. quest. 27. vid. Iac. Thoming. decis. 16. n. 17. Pet. Gregor. in Syntag. iur. lib. 48. c. 9. n. 6. & 50. c. 1. n. 14. Treutl. d. disp. 12. th. 14. in fi. & ibid. allegat. Henr Bocer. disp. de iudic. thes. 33. sub lit. c. ibid. allegat. Dis. sent. Coras. lib. 4. miscell. c. 20. Albric. Gentil. decad. 1. disp. 6.*

XLIV.

De Litigatoribus.

Haecenus de Iudice dictum, sequitur, ut de Litigatoribus dicatur, Hi sunt ACTOR & REVS: ACTOR, ab agendo dictus, is est, qui actionem proponit, & prius ad Iudicium provocat. REVS à re, cuius causa convenitur, appellatur, est qui convenitur & cum quo agitur.

l. in tribus 13. l. inter litigatores 62. de iudic. vid. l. nihil aliud 15. de Obl. & Act. Inst. de act. in pr. §. tertia divisio vers. nam actoris Inst. de interd. vid. d. c. forus. vers. Accusator vocatus. de V. Sig. vid. Vult. d. lib. 2. Rom. iurisp. c. 1. n. 34. cum seqq. Duar. c. de litigatorib. 4. de iudic. V. ibid. in par. n. 11. & 12.

XLV.

Plurimum autem refert, scire quis ACTOR sit, vel REVS; quia Actoris est aliquid proponere & id probare, quo non probato Reus absolvitur.

l. ult. C. de Rei vind. l. qui accusare. 4. in fin. C. de edend. Duar. citat. loc. & in cap. de var. iudic. precept. 17.

XLVI.

In duplicibus Iudiciis, familiae hercisc. comm. divid. & fin. regund. uterq; Litigator & Actor est, & Reus.

C

Quod



Quod si accidit, ut uterq; ad iudicium provocet, is Actor intelligitur, quem constat prius ad iudicium provocasse: quod si non constat, vel si neuter provocavit, is Actor iudicandus erit, quem fors definierit.

l. in tribus 13. cum l. seq. l. qui appellat. 29. ff. de iudic. l. 2. §. 1. ff. comm. divid. Accurs. in d. l. sed cum ambo. 14. Dua. in d. c. de litigantib.

XLVII.

Actor ab initio semper est volens, invitus nunquam siquidem regula est, ut agere vel accusare invitus nemo compelletur; a lite autem coepta impunè ipsi desistere non liceat, nisi Reo consentiente.

Vult. 2. Rom. Iuris. nu. 34. §. hic ab initio.

XLVIII.

In Reum etiam invitum iudicium exponitur a, sed hic est, quod ad merita quidem causæ, earumq; deductionem & probationem attinet, favorabilior b; sed quoad processum iudicarium ordinandum deterior, ne in ipsius sit potestate iudicium, magistratusq; auctoritatem eludere.

a l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. oblig. ubi Duar. quem omnino vid. Sichard. in l. licet 2. n. 3. in fin. & Authent. Ad has n. 6. c. de iudic. Schrader. part. 10. sect. 15. n. 11. in tract. feud. b. l. favorabiliores 125. l. non debet. 42. ff. de R. iur. Duar. in d. c. de variis iudic. præcept. 7.

XLIX.

Et in omni quidem iudicio Reum aliquem esse oportet, siue præsens sit siue absens: Actoris verò vices supplet interdum Magistratus.

Vultei. d. loc. n. 39. §. Et in omni Sichard. ad Rub. C. de iud. n. 2. Dissentit Schrader. in præamb. n. 5. part. 10. in tract. feud. Ad l. inter litigantes 62. ff. de iud. que adversari videtur, respondebimus.

L.

Vt autem quidam Iudices esse prohibentur, ita quoq; quidam accusare nequeunt, Agere possunt omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem alii natura, alii Lege, alii Canone.

l. 1. ff. de postul. arg. princ. tit. de his, qui sunt sui ve i alien. iur.
Natura

LI.

Natura prohibentur infantes, pupilli, furiosi, mente capti, muti & surdi simul.

Tot. tit. C. qui legit. pers. stand. in Iudic. bab. tot. tt. ff. de postul. l. qui accusare. 8. cum l. seqq. ff. de Accusat. tot. tit. C. qui accusar. non poss. §. furiosus Instit. de inutilib. stip. l. furiosi 40. & l. ubi non vece. 124. §. 1. ff. de R. iur. VVesenb. in d. tit. de postul. n. 4. in pr.

LII.

Lege prohibentur minores 25. annis a, prodigi b, servi c, Monachi d, item inter patrem & filium lis nulla esse potest e: inter uxorem & maritum actiones famosæ institui non possunt, præsertim matrimonio constante f.

a l. 1. & 2. C. qui legitim. pers. stand. & c. VVesenb. in parat. loc. citat. b l. 1. de Curator. fur. l. Fulcinius 7. §. idemq. 12. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. l. 2. C. de curat. furios. vel prodig. l. is cui. 18 in pr. ff. Qui testam. fac. poss. l. is cui 6. de Verb. Obl. De iure novissimo opus hîc esse interdicto magistratus cum Cuia. contra Donel. in d. l. 6. n. 6. cum seqq. Et Berchtold. c. 6. thes. 87. verius putamus. Schn. & Myns. in §. furiosi quoq. Instit. de Curat. n. 8. Borch. & VVesenb. ibid. n. 4. c l. servus 6. cum l. seq. C. de Iudic. l. quoties 13. ff. si quis caut. in iudic. sistend. caus. & c. Casus exceptos vide in l. vix certis 53. ff. de Iudic. l. nullo modo 7. Ad l. Cornel. de fals. l. 1. C. si per vim vel alio modo abs. l. ult. C. ubi caus. fisci. l. 1. C. qui legit. pers. stand. & c. l. quod attinet. 33. ff. de Reg. Iuris. Duar. tit. de Iudic. c. qui possint agere 6. circ. fin. d Propterea quod nullam habeant rerum dominium, & ad profana negocia quod attinet, pro mortuis habeantur. l. Duo nobis. 56. C. de Episc. & Cleric. c. nullus 54. caus. 2. question. 7. Duar. loc. præall. e Nisi in castrensi peculio & aliis nonnullis causis l. lis nulla 4. ubi Gloss. ff. de Iudic. l. si dubitet 10. §. ult. ff. de fideiuss. l. si quis uxori. 52. §. sed si filius 5. cum seq. de furt. §. ult. Instit. de pen. tem. litig. l. 2. C. de in ius voc. f l. 1. cum seq. ff. de act. rer. a mot. l. 2. C. eod.

LIII.

Canone omninò agere prohibentur excommunicati.

Hi enim tanquam Satana traditi, diuq; devoti, & ceu putrida mem-

da membra omni tam iuris; quam humana consuetudinis beneficio
privantur, c. omnis Christianus. 32. c. 1. 1. quæst. 3. c. si quis 7. 23.
quæst. 4. c. exceptionem 12. de except.

LIV.

Atq; principales judiciorum personæ sunt eiusmodi, minus principales sive accessoriæ sunt quæ ad principales illas accedunt, idq; commodius explicandi iudicii & tractandæ controversiæ causa.

LV.

De personis
iudicii accesso-
ris sive admi-
niculantibus,

Personæ autem accessoriæ iudicii, aliæ accedunt iur-
dici, aliæ accedunt Litigatoribus. Ad Iudicem accedunt
quidam consultandi, quidam instruendi causa.

Vid. 5 thes. 12.

LVI.

Ad felicius expediendam litigantium controversi-
am consultandi causa Iudex utitur Assessoribus a, qui
sunt Iurisperiti Iudici in iudicio causæ cognoscendæ &
rectè judicandæ causa assidentes b, quos juris Legumq;
peritos esse oportet c: quippe qui non ob dolum tan-
tum, sed ob imperitiam etiam suam teneantur, si malè
judicatum sit.

a l. 1. & l. pen. de offic. assess. l. 1. l. non minus. 11. C. de Assess.
ubi Vves. & Cuiac. in parat. b dictis iurib. l. 2. quod quisq; iur. in
aliam stat. l. si Cui. 38. ff. ex quib. caus. maior. l. fin. C. de crim. fal.
Iidem etiam consilarii dicuntur d. l. pen. l. liceat. 12. cum seq. C. eod.
Cuiac. d. lo. n. 2. Specul. lib. 1. par. 1. tit. de assess. §. assessor. 1. Term.
c. 1. unde assessura. l. fin. ff. de proxened. dicuntur etiam comites. l. 2.
p. 10. §. 10. ff. de excus. tut. l. in comites. 5. Ad L.
lul. repet. Cuiac. d. n. 2. ab ipso Magistratu electi, teste Cicerone in O-
rat. pro Quint. Eiusmodi assessor in urbe Roma erat Domitius. Vlp-
ianus Iurisconsult. l. metum. 9. §. sed quod prætor 3. ff. quod metus
caus. Dua. tit. de offic. assess. in pr. c. d. l. 1. C. & ff. de offic. assess. d.
d. l. 2. quod quisq; iur. in al. stat.

LVII.

Hodiè nostri Iudices seu Magistratus etiam habent
suos Assessores seu Iurisperitos, quos malè Advocatos
appellant.

Nam

Nam Advocati dicuntur, qui litigatorum causis adsunt, non qui iudicibus consulunt, ut noatur in tit. C. de Advocat. divers. iud. Nec dici potest nostros advocatos tam advocati quam assessoris officio fungi, quia id expresse ab Imperat. Iustin. per l. fin. in pr. C. de Assessorib. prohibitum est.

LVIII.

Assessores debent esse legitimæ & integræ famæ.

d. l. i. C. & ff. de offic. assess. Dua. loc. alleg. Myns. cent. 4. obs. 31.

LIX.

Causas absente Iudice audire non possunt a, nec licere illis per advocationem patrocinari; aut duobus Magistratibus assidere, & utriusq; iudicii curam peragere, Imper. Iustin. non absq; ratione sancivit b.

a l. velut. 7. C. de assess. & l. 2. C. Theodos. d. tit. 1. nunquam. 13. C. d. tit. Novell. 60 c. 2. b l. ult. C. de Assess. qua tollit. d. l. per ff. cod. Balduin. in Iustin. suo fol. 128.

LX.

Instruendi causa accedunt Tabelliones & Viatores. Scribarum autem, qui alicubi Cancellarii nominari videntur, alicubi verò exceptores dicuntur, quos hodiè Secretarios & Notarios vocant, officium est, fideliter iudicii acta conscribere.

Vid. Vult. d. loc. 48. & 49 cum ibid. allegat. Bocer. d. disp. thes. 27. ex ibid. alleg.

LXI.

Viatores sunt iudiciorum nuncii, ea, quæ in iudiciis fieri debent ex commissione Iudicis litigantibus aliisve denuntiantes; nostri Cursores sive Pedellos vocant, quorum merces sportula vocatur.

Vult. d. lo. n. 50. Bocer. d. disp. thes. 28. vid. Petr. Gregor. in Syntag. iur. lib. 47. c. 40.

LXII.

In Camera iudicio receptum est, ut si culpa vel imperitia apparitoris seu nuncii executio citationis non rectè facta sit, eam suis sumptibus de integro facere teneatur.

vid. Die Kaiserliche Cammer gericht's Ordnung par. 1. tit. Wie vnd welcher gestalt. 38. §. Wir wollen auch. fin. Geil. 1. obs. 54. n. 8. Marant. part. 6. tit. de citatione n. 124.

LXIII.

Litigatoribus accedunt Advocati & Procuratores
 Advocati sunt patroni causarum litigantes consiliis suis
 juvando & merita controversiæ pandendo: quorum offi-
 cium publicum est & honorabile, quod, nisi causa sublit-
 petentibus communicare cogi possunt, ut consulant,
 quod verum est atq; iustum, necessarium atq; utile, nec
 litem protelent, sed sine calumnia ad exitum deducant.

Vult. d. lo. n. 53 cum ibid. alleg. Myns. cent. 4. obs. 32. Geil. 1.
 obs. 43. VVes. in parat. ff. de postul. n. 3. Menoch. lib. 2. de arbit. l. d. q.
 cas. 369. Idemq; disponit Die Kayserliche Cammer gericht's Ord-
 nung. part. 1. tit. Wie man Procuratores vnd Advocaten. 19.
 §. Auff das auch. Et neminem simul advocati & assessoris munere
 fungi posse iam ante thes. 56. in fin. alleg. notatum est.

LXIV.

Vnde graves esse debent, fideles, cauti, & periti,
 de quib. constabit examine ipsorum prævio.

Vt dispositum est in ordinat. Camere Imperial. tit. Von Per-
 sonen der Advocaten vnd Procuratoren. 18. in pr.

LXV.

Procurator respectu materiæ dividitur in procura-
 torem ad negocia, & procuratorem ad lites datum. Pro-
 curator litis est, qui litem in alterius vel suam, vel in
 commune emolumentum mandato Domini administrat.

l. qui agendum de procur. in 6. vid. alleg. per Vult. d. loc. n. 61
 VVes. in parat. ff. de procurat. n. 3. Duar. eod. tit. c. 1.

LXVI.

Rei alienæ procurator est administrator ad moven-
 das repellendasq; actiones, vel lites persequendas man-
 dato domini constitutus.

l. 1. de procurat. ubi Duar. c. 2. Vult. d. loc. cuius officium etsi
 vile est. l. si quis. 14. ff. de decurion. & ibid. gloss. Adeo ut etiam infir-
 mus de iure civili procurator esse possit §. fin. Inst. de except. gloss. in l.
 1. §. aut Prætor, verb. certis. de post. sed utrumq; hoc fallit in Camer.
 Imp. nostrisq; morib. Geil. 1. obs. 43. n. 6. 7. & 8. fidelis tamen esse
 debet. Duar. c. 1. in fin. de procurat.

Hi ab

LXVII.

Hi ab universitate constituti SYNDICI dicuntur.

l. 1. §. quib. autem. l. item 6. §. 1. ff. Quod cuiusq; univers. ubi
Vves. n. 3. l. 1. §. 1. de Munerib. & honor. Vult. d. loc. n. 62. Duar. d.
c. 1. de procurat. in pr.

LXVIII.

Procurator in rem suam est, qui alieno quidem mandato, sed litem tamen suam agit: & causas ac mandatas sibi actiones in proprium emolumentum exercet.

l. 2. in fin. ff. fam. hercisc. l. quod si. 24. in fin. pr. ff. de minorib.
h. 1. §. in propria 11. ff. quemad. appell.

LXIX.

Vtriq; verò & Advocati & Procuratores Actorum sunt & Reorum; Verum qui patrocinium Reo accommodavit, Actori illud accommodare non conceditur, & vicissim.

Vult. d. loc. n. 65. & seq. cum ibid. notat.

LXX.

Sunt verò Advocatorum & Procuratorum officia de jure Iustiniano ita distincta, ut qui Advocatus esset, idem Procurator esse non posset, & vicissim, quod tamen hodie aliter observatur.

Geil. d. obs. 43. num. 8.

LXXI.

Adhuc de personis iudicii, sequitur *Questio*, quæ est res controversa coram Iudice eius dirimendæ causa exposita; Estque duplex, Facti nimirum vel Iuris. Facti questio est, cum de facto, de quo non constat, queritur, quæ semper est in arbitrio Iudicis.

De rebus quæ in iudicium deducuntur.

l. 1. §. 1. ad SC. Turpill. l. eum quem 67. de Iudic. vid. Vult. lib. 2. c. 2. in pr. Duar. lib. 1. disp. anniv. c. 41. Siebard. in l. 3. n. 10. C. de Iud. Iudiciorum materia, circa quam versantur sunt negocia & controversie, quæ causæ vocantur. Nam omnis res posita in disceptatione & controversia causa dicitur, Steph. Bercht. c. 8. Vves. in parat. de Iudic. n. 13. in pr.

LXXII.

Iudici tamen ea in re circumscriptos à lege cancellos mini-



los minimè transilire licet; potissimum verò, quando quod sæpe accidit, facti quæstioni juris quæstio est admixta.

Arg. l. si fuerit. 10. §. ult. ff. de reb. dub. l. Arescusa. 15. de Stat. hom. vid. Rob. lib. 4. sent. 5.

LXXIII.

Iuris quæstio est factio jus debitum, quod in iudicio persequimur, cum constat de facto, de jure verò facti quæ-
qualitate dubitatur, quæ semper ex legibus & juris quæ-
stionib. petenda est.

l. 1. §. quorum alterutrum. vers. Nam ut Papin. ff. Ad SC. Tur-
pill. Robert. d. loc. Vult. lib. 2. Ram. Jurispr. c. 3.

LXXIV.

De foro com-
pet sive quot
mod. quis for.
fortiatur.

Cæterum Iudex inter eas tantum personas, & de
iis duntaxat rebus suam jurisdictionem exercet, ad quas
ea pertinet; quippe cum personas & res forum compe-
tens habere constet, ubi earum causæ cognosci debent,
& examinari.

tot. tit. de Iudic. & ubi quis agere. tot. tit. C. de Iurisd. omni. iud.
& for. comp. tot. tit. de for. compet. in 6. Clement. c. Petro. c. per lite-
ras. 40. de offic. & potest. deleg.

LXXV.

Actor autem regulariter Rei forum sequi tenetur,
sive in personam, sive in rem actio sit directa.

l. beres absens 19. ff. de Iudic. l. 2. & 5. C. de Iurisd. & for.
comp. ubi Sibarid n. 1. & 9. l. fin. C. ubi in rem act. c. diligenti. c. si
contra clericum de for. com. vid. Geil. lib. 1. c. 1. de pac. pub. & 1.
obs. 11 Socin. reg. 25. Duenn. reg. 21. Damas. reg. 75. Ves. in par.
de Iud. n. ult. in pr. Duar. eod. tit. c. de for. compet. 8. in pr.

LXXVI.

Quid verò, si Reus pluribus in locis forum sortiatur?
In electione Actoris positum esse arbitramur, ubi
illum convenire, & litigare velit.

l. 2. §. non utiq; ea 3. ff. de eo quod cert. loc. Bald. in l. cum
Clericus 25. n. 1. C. de Episc. & Cleric. vid. Wesenb. in parat. num.
ult. ff. de Iudic.

Reus

LXXVII.

Reus verò competens forum sortitur, aut loco aut obligatione, loco aut ratione domicilii, ubi quis larem vel summam suarum fortunarum, vel maiorem partem bonorum constituit.

l. cives 7. C. de incol. lib. 10. l. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. quia eo loco quis conveniri debet, ubi domicilium habet, vel tempore contractus habuit, licet postea id transtulerit: Actor enim Rei forum sequitur d. l. heres 19. de iudic. §. ult. d. l. 2. C. de iuris. ubi Sichard. d. n. 1. & 9. qui huius regula aliquot notat fallentia. d. l. fin. C. ubi in reus act. c. cum sit generale 8. de for. compet. vid. Vult. d. n. 43. Geil. 2. obs. 35. & seq. Idem de pign. c. 14. n. 4. Duar. & VVes. d. loc.

LXXVIII.

Inde fit, ut si Actor aliò Reum vocet, quàm ubi domicilium habeat, Reo jus revocandi domum competat. *d. l. 2. §. legati ff. de iudic. Duar. eod. c. de for. compet. 8. VVes. ibid. in fin.*

LXXIX.

Oportunè hic quæri potest, quanto tempore domicilium contrahatur? Etsi communiter receptum sit *a*, decennii habitatione hoc fieri, rectius tamen Iacob. Menochius id arbitrio Iudicis relinquendum censet *b*.

a ut testantur Soarez. in comm. opin. sub lit. d. n. 115. Molin. conf. 61. n. 21. b 1. arbit. iudic. quest. cent. 1. cas. 86. n. 6. Ioann. Goedd. ad l. 190 n. 3. & seqq. & ad l. 203. de Verb. Sign. Et de Germania consuetudine vid. hac in parte Geil. 2. obs. 35. n. 8.

LXXX.

Veruntamen fideicommissum non modò ubi heres aut fideicommissarius habet domicilium, etiamsi res ibi non sit, petendum est; sed etiam ubi hereditas relicta, aut maior eius pars esse dicitur, peti potest.

l. unie. C. ubi fideic. pet. oport. & ibi Cuiac. in parat. l. si fideicommissum. 50. in pr. ff. de iudic. Idem de controversia hereditatis terminanda dicendum est, per l. unie. C. ubi de hered. agat. ubi Cuiac. l. si suspecta. 29. §. ult. de inoffic. test.

LXXXI.

Aut ratione Rei, de qua agitur, quis sortitur forum.

D

rum.



rum. Nam eo in territorio quis conveniri debet, in quo res sita est.

l. iuris ordinem. 2. C. de iurisdict. et for. comp. l. quod legatur. 38. in pr. de iudic. l. 1. et ult. C. ubi in rem act. c. sane 3. de for. comp. Myns. conf. 24. n. 22. Semper cum dicimus ibi forum competens esse, ubi res est, sic exaudiri debet, si et ibi Reus inveniatur, arg. d. l. un. C. ubi de her. agat. et ibi Cuiac. in parat. Vult. d. lo. c. 2. nu. 44. Duda. d. c. de for. com. Treutl. d. disp. 12. th. 8. sub lit. g.

LXXXII.

Obligatione verò aut ratione contractus, aut delicti. Nam ubi quis contraxit aut deliquit convenitur, quamvis ob delictum, quia remissiones hodiè non admodum frequentantur, plerunque nocentes puniuntur, & forum sortiuntur eo in loco, ubi reperiuntur b.

a d. l. heres 19. l. unic. C. ubi de poss. agi oport. vide allegat. per Vult. d. loc. n. 41. Geil. 2. obs. 1. n. 4. et obs. 36. n. 14. lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. fin. Duar. in d. cap. de for. comp. 8. b l. 1. C. ubi de crim. agi oport. ubi gloss. et Dd. Bart. in l. ult. de furt. et in l. si abducta. 10. C. eod. Lanfranc. in c. quoniam verb. confessiones, nu. 11. l. desertorem. 3. in pr. ff. de Re milit. l. 1. C. ubi Senat. vel Clariss. Vult. lotè d. c. 2. n. 42. vid. Treutl. d. disp. 3. thes. 8. part. 1. ff. sub lit. f. et thes. 9. cum ibid. alleg. Duar. d. loc. VVes. in parat. de iud. n. ult.

LXXXIII.

Delinquens in uno territorio vel districtu, an possit in altero territorio talis delicti nomine puniri haud inconcise hoc loco quaeritur? Et hæc quaestio distinctio- nis illato lumine decidenda erit.

Iacob. Thoming. decis. 5. ubi allegat. de hac questione constitutionem Elect. Saxon. Augusti. vid. Treutl. d. lo. sub lit. f.

LXXXIV.

Præterea competens forum & iudicium ratione personæ, quæ convenitur, æstimatur. Clericus enim coram Ecclesiastico Iudice convenitur: Laicus coram Laico: Scholaris sive Studiosus coram Rectore.

c. si diligenti. 12. de for. compet. c. Cleric. 8. c. cum non ab homine 10. de iudic. l. cum Clericis. 25. l. omnes. 33. C. de Episc. et Cleri.



Cleric. Nov. 123. Geil. 1. de pac. pub. c. 1. n. 15. 17. & 9. Authent.
babita. C. Ne filius pro pat. Duar. d. c. de for. comp. 8.

LXXXV.

Clericum verò actione reali à Laico conventum ad
seculare tribunal protrahi posse usu ratione non carente
obtinuit a, etsi contrarium communius videri posset.

a Myns. cent. 1. obs. 22. per l. sed & loci, §. si aliter ff. si. regund.
l. qui aliena §. final. ff. de negot. gest. d. c. san. de for. comp. l. de his. C.
de Episc. & Cler. Geil. 1. obs. 37. Duar. d. c. de for. comp.

LXXXVI.

Elegans iuxtà ac utilis est quæstio utrum instantia
cum defuncto Laico cœpta in heredem Clericum conti-
nuetur? Nos contra negativam communem a, affir-
mantium sententiæ subscribimus b.

a quam tenet Myns. cent. 3. obs. 45. c pulchrè Didac. Co-
varruv. pract. quæst. c. 8. Castrens. in l. heres. 19. & ibid. Pet. Costal.
de Iudic. Eman. Soarez. recept. sent. sub. lit. C. n. 104 Geil. 1. observ.
37. n. 8. & 9.

LXXXVII.

Clericus venditor forum emptoris sequi tenetur,
quia merus & necessarius defensor emptoris est.

l. venditor, ubi Costal. de Iud. d. l. heres absens eod. l. 1. C. ubi in
rem act. Sichard. in l. emptor. C. de evict. Salic. in d. l. 1. C. ubi in rem
act. Angel. in §. actionum Instit. de Act. Myns. d. cent. 1. obs. 22.

LXXXVIII.

Ratione causæ quoq; Reus forum sortitur: Namq;
Ecclesiasticæ causæ coram Iudice Ecclesiastico examinan-
dæ atq; excutiendæ sunt.

c. si Clericus. 5. & seqq. c. licet. 10. & seq. & tot. tit. de for.
comp. Costalius in l. solemus. 61. de Iudic. vid. Sichard. ml. quoties. 3.
n. 8. C. d. tit. de Iudic.

LXXXIX.

Causæ verò feudales per dominum, si lis inter va-
fallos oriatur, terminari debent: si verò inter Domi-
num & vasallum coram Paribus Curia ab utraq; parte
pari numero electis excutiendæ sunt.

c. unic. in fin. de prohib. feud. alien. per Frider. c. unic. de cont.
feud.

*feud. ap. par. term. c. unic. §. fin. quo temp. mil. Myns. cent. 5. obs. 75.
Curt. Junior. in tract. feud. part. ult. n. 34. Novissime hæc prolixissime
& luculenter explicavit eminentiss. German. i. Ctus D. Ludolp. Schrad.
in absolutiss. suo tract. feudali nuper primum edito, part. 10. sect.
1. 2. 3. 4. 5.*

XC.

An autem Reconventio coram Paribus locū Curiz habeat, licet ea fiat de causa non feudali, ancipitis est questionis? Negativa sententia in iudicio Cam. Imp. recepta est. Teste Myns. cent. 4. obs. 90. videtur dissentire Geil. 1. obs. 1. n. 57. sed eos non dissentire probabimus. Schrad. part. 10. sect. 1. n. 199. & n. 235. & seq. in tract. feud.

XC I.

Etsi autem Clericum ratione feudi à Laico obtenti forum seculare sortiri extra controversiam ponatur, at tamen si ob crimen feudo privandus veniat, eius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem remittenda erit, ibidemque pro arbitrio Domini feudo privabitur.

*c. verum. c. ex transmissa. X. de for. comp. Mar. part. 4. dist. 11.
Myns. cent. 1. obs. 22. & cent. 2. obs. 67. Geil. 1. obs. 37.*

XC II.

Adde, quod competens forum etiam quantitate rei, quæ petitur, definitur. Defensores siquidem civitatum in causis omnibus pecuniariis usq; ad aureos trecentos, non ultra cognitionem habent.

*l. si idem 11. in pr. l. pen. §. ult. ff. de Iurid. §. sed hoc iure In-
stit. de Attil. tutor. Novell. 15. c. 3. circ. fin.*

XC III.

Vnde quæsitum fuit: An Iudex jurisdictionem eiusmodi limitatam & ad certam quantitatem astrictam habens, si pendente lite valor rei creverit, nihilominus de causa cognoscere, & iudicare possit? Et posse in supremo Imperii Iudicio obtinuit. Myns. cent. 3. obs. ult.

XCIV.

Postremo & litis contestatione competens Iudex efficitur a: Itemq; si partes aliquem Iudicem eligant, eius jurisdictioni se subiciant, atq; in ipsum consentiant b.

a. ne-

a l. nemo. 4. C. de iurisd. ubi Duar. in d. c. de for. comp. ff. de iudic. l. 1. C. ubi de crim. ag. oport. b l. 1. C. de iurisd. l. est receptum 14. cod. l. 1. de iudic. l. ille a quo 13. §. tempestivum. Ad SC. Treb. l. inter. 28. Ad municip.

XCV.

At licet quis lite contestata, vel sententia jam lata, fori alterius esse cœperit; in ea tamen causa jus revocandi forum nequaquam habebit.

l. cum quidam 19. de iurisd. l. quis C. de iudic. Duar. d. c. de for. comp.

CXVI.

Prædicta igitur omnia intelligenda sunt cum hoc moderamine, si nimirum res, de quibus contenditur, vel personæ qualitas eius sunt fori, coram quo litigatur: alioqui nemo Iudex esse potest, ultra jurisdictionem sibi concessam; vel ultra rem, ad quam datus fuit: vel ultra præscriptum tempus; nec alibi, quam ubi jurisdictioni locus dictus est.

l. ult. de iurisd. l. 1. C. si à non comp. iud. l. 2. §. si iudex. ff. de iud. l. si ut propon. C. quom. & quand. iudicari. videantur. tituli C. lib. 3. à tit. 14. usq. ad tit. 27. inclusive.

CXVII.

Iure singulari miserabilibus personis, ut viduis, pupillis, pauperibus, morbo debilitatis & similibus indultum est, ut in suo tantum foro conveniantur, nec ullo principali rescripto aliò pertrahi possint: ipsi tamen adversarium, cuius fortè potentiam reformidant, ad incompetentem Iudicem, adeoq; ad ipsum Principis tribunal revocandi habeant facultatem.

Treatl. d. disp. 3. thes. 10. cum ibi notat.

CXVIII.

Sed hæ personæ licet adversarios suos omisso medio Iudice coram Imper. vel Camera Imperiali convenire possint; non tamen in causis feudalibus Dominus, vel Pares Curia prætermitti possunt.

Ludolp. Schrader. d. part. 10. sect. 1. n. 208.

XCIX.

Effectus iudicii est, quod reddatur in invitum ^a, perpetuet actiones ^b; interrumpat prescriptionem ^c; constituat possessorem in mala fide ^d: Et denique nullius jus reddat deterius, sed firmitus ^e.

^a l. inter § 3. §. 1. ff. de Verq. Obl. ^b l. unic. C. ex delict. de-
functi. in quant. hered. conv. Treut. d. loc. thes. 2. ^c l. fin. C. de prae-
30. annor. ^d l. nemo. C. de acquirend. poss. l. 2. l. antepen. C. de prae-
scrip. long. temp. ^e l. nemo l. non solet § 7. ff. de iur. l. aliam. de
Novat.

C.

Hoc novissimè notandum, quod etsi regulariter omnes causæ in prima instantia ad Cameram Imperialem non pertineant, sed demum per viam appellationis devolvantur, hoc tamen in multis casibus non obtinet.

Quos notavi Geil. 1. obser. 1.

C O R O L L A R I A.

I.

AN homini Christiano gerere Magistratum, & Iudicia politica exercere liceat quæritur? Et nos affirmativam contra Anabaptistas constanter tenemus.

*D. Ioann. VVigand. de Anabaptism.
Conrad. Lag. in method. iuris civil. pag. 5.
in prefat. Petr. Greg. lib. 47. c. 20. nu. 14.
15. & 16. in Syntag.*

II.

Vtrum consultum sit Studiosis iuris,
ut stas

ut statim ab initio Praxin cum Theoria
coniungant, & simul in scholis discant?
Quod optimis rationibus negandum pu-
tamus.

III.

Quod doctissimi quidam Icti ferip-
serunt, Iurisprudentiam in scholis pristi-
no nitori ac dignitati esse restitutam, in cus-
riis & Iudiciis non item, videbimus num
disputando obtinere poterimus.

IV.

Studiosus ad incompetentem Iudicem
pertractus, privilegium suum ante litem
contestatam ex ignorantia non alle-
gans utrum, Ius revocandi ad Iudicem
competentem habeat, ac processus non te-
neat controversitur? Ius revocandi non
habere & processum tenere affirmamus.

P A R E R G O N .

*Jureconsultorum disputationum tanta
est utilitas, ut sine his Respublica nulla, nec
dum Christiana consistere queat.*

F I N I S .

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L








B.I.G.

Farbkarte #13



43

Nobilissimi & Amplissimi viri
D. ARNOLDI DE REY
GERIC. ET IN ACAD. FLO-
RENTISS. SALANA PANDE-
CTARVM P. P.

Π Ε Ρ Ι Ο Χ Η

PROCESSVS
IUDICIALIS, TAM I V-
RIS ANTIQVI, QVAM NOVI,
ET VSV HODIE RECEPTI, EX OPTIMIS
quibusq; Practici & Ordinatione Camerae Imp.
XIV. disputationib. conclusa, publicae συζητησεως ergo
proposita: quarum primam iudiciorum in genere,
Personarum iudicia constituentium, & Fori
competentis materiam con-
tinentem,

*Divina aspirante clementia,
EODEM PRÆSIDE,
Exercitii gratia publicè defendendam suscepit*

CHRISTOPHVS. GVLICHER
LEMGOV. VVESTPHAL.

*Habebitur XXIX. Martii, hora VI. matutina, in
novo Ictorum Coll:gio.*

IENÆ Ex typographæo Tobiaë Steinmanni,
ANNO MDCCV.